Georgius Hutter Mauricius Preuser Wulgangus Heinningk[2])	promoti a magistro	Paulo[1]) Lobwasser
Ioannes Smidel[3]) 5 Ioannes Schrauff Wulgangus Philippus		Nicolao Sabellio
Bartolomeus Erbe		Muchelio Sibart
Ioannes Deutsch		Paulo Lobwasser
Ioannes Roulinus 10 Ioannes Slusselfelder Ioannes Deuck[4])		Nicolao Sabelio
Sthephanus Iudex[5])		Muchelio Sibart
Theodoricus Bumeiher Albertus Rôsingk 15 Author Sleyck[6])		Ioannes Beerman.

Pauper agnoscebatur Ioannes Smedel[7]), cui facultas artium remisit sigillum hac conditione, ut id compenset[8]), si ad ampliorem fortunae statum aliquando venerit.

Lectores publicos in alterum librum scripsimus.

* Obiit etiam eadem aestate bonus vir dr. Georgius Dottanius Meyningensis, qui donavit facultati artium nonnullos libros, utpote Annium Viterbensem, dictionarium Graecum, Marcum Antonium, Coccium Sabellicum hystoriographum, opera Francisci Petrarchae, commentaria Raphaelis Volaterrani cum Oeconomico Xenophontis translato, cuius beneficium in facultatem artium collatum hic opere precium esse putavi litteris mandare.

Orta est etiam contentio super articulo in reformatione principis reperto, quam princeps et dux Georgius per cancellarium sustulit[9]). ⁂

1537 Wintersemester. 257. Rector Iohannes Spremberg von Breslau.

N 83'. C 179'. Decanatus[10]) magistri Ioannis Sprembergii Vratislaviensis de natione Polonorum. Anno[11]) a Christo nato millesimo quingentesimo trigesimo septimo die Saturni ante divi Galli confessoris ferias, quae erat decima octava Octobris, electus fuit in decanum facultatis artium concordi electorum suffragio magister Ioannes Sprembergius Vratislaviensis de natione Polonorum, sub cuius decanatu electi fuere officiales magistri subscripti. Oct. 13.

T.[12]) O. D.
E. A. M.

---

[1]) Die Namen der Magistri sind in N weggelassen worden. [2]) Heynigk. [3]) Schmidel. [4]) Dueck. [5]) Iudicis. [6]) Schlick. [7]) Schmidel. [8]) persolvat. [9]) Danach ein Satz durch Durchstreichen unlesbar gemacht. Die erste Seite von Bl. 179 ist leer gelassen worden. [10]) Die Ueberschrift des Semesters fehlt in N. [11]) In N Initiale A in Gold auf blauem Grunde. In der Initiale Wappen. Wagerecht getheilter Schild, oben goldenes, nach rechts gewendetes Einhorn, unten vier von oben nach unten verlaufende silberne Flammen. Auf dem Helme das gleiche Einhorn. [12]) Diese Buchstaben in C über der Ueberschrift. Vielleicht: Tibi, optime deus, est anima mea. In C hier: Sit laus deo.